

De sancto pelagio

Fo. cccxxvi.

suo dimittens ipse penitentie opibus vacabat. Et post hoc laudabiliter vitam finiuit. **I**osaphat autem barrachiam regem pronuncians pluries fugere. sed semper a populo captus vitam tandem perdidit. Cum ergo per desertum pergeret cuncta pauperi regalem habitum dedit et ipse in pauperrima veste remansit. **S**abolus autem multas ei insidias parabat. Aliquando gladio euaginato in eum irruerat et eum percutere minabatur nisi desisteret. Aliquando in forma ferarum sibi apparerebat fremdens et vox mugitus emittens. Ille autem dicebat. **D**ominus mihi adiutor est non timebo quod faciat mihi homo duobus signis anhis in heremo iosaphat vagabundus mansit. **N**ec barlaam inuenire potuit. Tandem speluncam inuenit et an ostium stans dicebat. **B**enedic pater benedic. **C**uius voce barlaam audiens exiit et osculantes feruenter se se alterutrum amplexibus perstringebant nec satiari poterant. **R**eturrit autem iosaphat barlaam omnia que acciderant. et ille in metas gratias egit deo. **M**ansit autem ibidem multis annis in abstinentia mirabili virtute. Tandem repletis diebus barlaam in pace quieuit. circa annum domini. ccc. lxx. **I**osaphat igitur in anno. xxv. regniis deserens. xxv. annis heremiticum laborem subiit. et sic multis claris virtutibus in pace quieuit. et cum corpore iuxta barlaam postquam fuit. **Q**uod audiens rex barachias illuc cum multo exercitu venit. et corpora reuerenter assumens in civitate sua transtulit. **A**d quorum tumulum miracula multa sunt.

Pelagius papa multe sanctitatis fuit. ac in pontificatu laudabiliter se gerens tam de plenitudine bonis opibus in pace quieuit. **N**on fuit autem iste pelagius predecessor sancti Gregorii alii anni ipsius. **N**unc enim pelagius successit et iohannes tertius. **I**ohanni successit benedictus benedictus pelagius. **P**elagius gregorius. tunc igitur primi pelagii longobardi in italia venerunt. et quia multi huiusmodi hystorias ignorare poterant. ideo ea hic inferenda decreui. **P**ut in

hystoria longobardorum quam paulus longobardorum hystoriographus compilavit. et in diversis chronicis explanata habet. **S**ens etenim quedam erat germanica plurimum populosa. que de lictoribus oceanis parte septentrionali egressa cum de insula scandinavia per bellos multa certamina diversarumque terrarum circumiret tandem panoniam devenisset ultra non audens procedere sedem sibi in ea perpetue habitacionis instituit. **I**n primo hunuli postea longobardi sunt appellati. **B**uz autem adhuc in germania residerent. **A**gilmod rex longobardorum. vii. pueros in piscinam a meretrice ad necandum pietos invenit quos vno partu dicta meretrix ediderat. **Q**uos dum rex casu reptos cum hasta admirans revolveret. **A**nno eorum hasta regem manu tenuit quem rex videns et stupens nutrire fecit. et lamissionem vocavit. magnus enim futurum esse pronuncians. **Q**uicquid extitit. quod mortuo rege eum longobardi regere fecerunt. **P**er idem fere tempus. anno ab incarnatione domini. cccc. vii. quidam episcopus arianus (ut ait entropius) quendam nomine barbaram baptizare volens diceret. **B**aptizo te barbaram in nomine patris per filium in spiritu sancto. filium et spiritum sanctum minorem patre per hoc ostendere volens. subito aqua dispersit et baptizandus ad ecclesiam confugit. **P**er idem fere tempus flowerunus factus **A**bedardus. **G**ildaldus fratres vterini et vno die nati. vno die episcopi consecrati. vno die mortui. vno die a christo assumpti. **A**nno hoc tempus in quodam cronica dicitur circa annum domini. ccccl. vii. intra gallias ariana heresim pullularet. vnicuique substantie trium personarum evidenti miraculo demonstratur ut ait sigisbertus. **B**um enim in urbe yasaensi missa episcopus celebraret. vidit tres guttas clarissimas equalis magnitudinis super altare emissas quod de fluentes in vnum coniuincte. gemam pulcherrimam effecerunt. quam cum in medio cuiusdam crucis auree posuisset alie gemme que inerant de ipsa partem ceciderunt. **A**ddidit quod quod impijs obscura et mundis clara videbatur. et quod infirmis dabatur sa